



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IVRIS CANONICI|| SEV PONTIFICII|| PARTITIONES,||

Grégoire, Pierre

[Frankfurt], 1595

VD16 G 2996

8 De exceptionibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63677)

b *authen. qui semel, C. quomodo & quando A*
index, lib. 7. tit. 43.

c *c. examinata, 15. de iudic.*

DE EXCEPTIONIBVS. a
 TIT. VIII.

a *Ponitur hac rubrica, lib. 2. decretalium, tit. 25.*
& lib. 2. Sexti. tit. 12. & lib. 2. clem. tit. 10. li. 44.
P. tit. 1. de exceptionib. & praescriptionib. & titu.
2. de exceptione rei iudic. & tit. 3. de diuersis &
temporalibus praescriptionib. titu. 4. de doli mali
& metus exceptione, & tit. 4. Quarum rerum
actio non datur & de exceptione iurisurandi.
lib. 8. tit. 36. C. de exceptionib. & praescriptionib.
& lib. 4. Institut. Iustiniani, titu. 13. de exceptio-
nib. & tit. 14. de replicationib.

CAPVT I.

1 *Continuatio, exceptio quid.*
 2 *Et diuisiones.*

IN litis contestatione fiunt assertiones
 & responsiones, quae opponuntur agen-
 ti, & dicuntur exceptiones a & his obie-
 cta, replicationes, & deinceps aduersus
 replicationes, duplicationes, & istis oppo-
 sitae triplicationes. b

Exceptiones aut dilatoriae, aut perem-
 toriae, sunt: dilatoriae, quae rem & iudicium
 differunt; non tamen tollunt. c Peremto-
 riae, quae in totum ius & intentionem agen-
 tis perimunt. d Quarum omnium aliae
 temporales, aliae perpetuae. Temporales
 & dilatoriae sunt, quae non semper locum
 habent, & euitari possunt. Perpetuae atque
 peremptoriae sunt, quae semper locum ha-
 bent, nec euitari possunt. e Dilatoriarum
 rursus, alia declinatoria iudicii, alia dila-
 toria solutionis. f Dilatoria iudicii propo-
 nitur, vel contra iudicem, g aut contra re-
 scriptum eus aut contra personam actoris; s
 item ex persona rei, k ex parte fori, cui obi-
 icitur praescriptio, ne ibi agi possit, l vel ex
 persona iudicis, m vel ex persona procura-
 toris, si mandatum legitimum non ha-
 beat. n Ex parte actionis seu libelli, veluti
 quod is sit ineptus & incertus, o si ante te-
 pus & conditionem, & plus quam debea-

tur, petum sit, p exceptiones dilatoriae
 solutionis possunt esse, per quas quis debi-
 ti solutionem in tempus aliud, quam peti-
 tur, differenda esse proponit; vt si pactum
 sit de non petendo, nisi post annum, q si v-
 suras debiti acceperit creditor pro futuris
 annis, r si impetrauerit a principe, ne te-
 neatur soluere debitum, nisi post quinquen-
 nium, s si cum iuratoria cautione quis re-
 laxatus a iudicio & actione petitionis ob-
 tinopiam. t Peremptoriarum etiam exem-
 pla multa occurrent, qualia transactio-
 nis, v praescriptionis, x iuramenti maxime
 delatorii, y rei iudicatae, z si quid contra le-
 ges canoneseque actum dicatur, aa aut vi,
 aut metu, bb dolo, cc si obiiciatur agen-
 ti, quod sua non interfit agere. dd

SCHOLIA.

a *l. 2. de exceptio. lib. 4. P. tit. 1. exceptio est*
actionis exclusio. Ibidem & in cap. 2. §. nos
autem, de ordine cognitionum.

b *dist. l. 2. de except. §. 1. de replicatio. lib. 4.*
Institutio. tit. 14.

c *de hac diuisione & finitionibus eius, agit*
gloss. ad c. exceptionem, 2. iuncto textu de
except. lib. 2. tit. 25.

d *Exceptio solutionis debiti vel pacti de non*
petendo. solutione enim tollitur omnis obli-
gatio. §. 1. quib. mod. tollit. obliga.

e *Ista distinctio proponitur in l. 3. de except.*
P. §. appellatio, eo. tit. apud Iustinia. lib. 4.
tit. 13. Temporalis habebit ultra exemplum
in ea, quae opponi potest secundo rescripto
contra primum impetrato, intra annum,
non postea, c. si autem, 9. c. plerunq. de re-
script. c. pastoralis, de offic. ordin.

f *gloss. ad d. c. exceptionem, de except.*

g *Tanquam suspectum, Et ideo recusat, c.*
quoniam contra, de probat. & dum causa
proponuntur suspicionis, interim differtur
iudicium, c. secundo requirit, 41. §. tertio,
c. cum speciali, 6. de appellat. c. licet, §. fin,
de foro compet.

h *c. si autem, 9. de rescript.*

i *Si excommunicatus, cap. exceptionem, de*

CCCC 2

- de exceptio. c. 1. eodem tit. in Sext. clem. 1. At
 eodem tit. apud clem. vel si alio modo non
 possit esse in iudicio, iuxta rubr. C. qui le-
 gitimam personam standi in iudicio ha-
 beant. si sua non interesse dicatur, Panor.
 ad c. ex parte, de testib.
- k *Ut si spoliatus sit, & dicat ante omnia se ef-
 se restituendum; non enim antea tenetur
 respondere, in princ. 2. quest. 2. can. omnes,
 can. nullus, can. in scripturis, can. fin. eod.
 can. 1. & can. episcopi, 3. q. 1. c. in literis, de
 restitut. spoliat.*
- l *can. pulsatus, 3. q. 6. can. clericus, 11. q. 1.
 tit. de foro competen. titulo, si a non com-
 peten. iudice. C. Et hanc exceptionem esse
 dilatoriam, docet can. si quis episcopus, 2. §.
 exceptio, 3. q. 6. potest & eius generis esse
 exceptio, si dicatur litem praeventam esse
 coram alio, coram quo pendeat.*
- m *Ut si iudex sit surdus, mutus, furiosus, &
 sic de similibus, qua obici possunt iudicib.
 can. 1. §. tria sunt, 3. q. 7. l. cum prator, 1. 2.
 §. non autem, de iudic. P. Si dominus fa-
 miliaris vel socius actoris sit, vel rei con-
 uenti, c. causam, 17. c. insinuante, 25. cap.
 cum R. 35. de officio delega. cum simil. &
 sic de aliis, ex quibus recusari potest iu-
 dex. can. fi. §. & reuera, 3. q. 5. l. apertissi-
 mi, 14. §. liceat, C. de iud.*
- n *ca. 1. de procuratorib. c. procurator, 36. de
 elect. in Sex. si mandatum tantum habeat
 generale, & in negotio requiratur speciale,
 c. qui generaliter, 5. de procurat. in Sex.*
- o *c. examinata, 15. de iud.*
- p *§. appellantur, vers. temporales, de excep. c.
 vnic. de plus petitio. l. unica, C. eod. titul. §.
 plus, de actio. apud Iustinia.*
- q *pañum de non petendo personale tempora-
 le perpetuum, ut si absolute sit de non peten-
 do, habet exceptionem perpetuam perem-
 toriam, §. si. de replicatio.*
- r *l. qui in futurum, 57. de pañis, libr. 2. P.
 titul. 14.*
- s *can. vniuersa, 25. questio. 2. l. vniuersa, 4.
 de precib. imperator. offeren. l. si. C. qui bo-
 nis cedere poss.*
- v *l. postquam liti, C. de pañ. l. fratris, Cod. de
 transactio. cum simil. atq. ea exceptio im-
 pedit litis ingressum, c. si. de transact. c. fin.
 eod. tit. in Sext.*
- x *Titulis de praescriptionibus, & de usuca-
 pionibus.*
- y *Exceptio iurisiurandi, est exceptio litis fi-
 nita, ideo impedit litis ingressum, c. 1. de li-
 tis contest. in Sex. Iason ad l. aut prator, sum-
 Etal. nam & postea, de iureiurand. P. c. et si
 Christus, eod. tit. apud Gregor. c. veniens,
 de accusat. iuramentum habet vim diffi-
 nitivae, l. 2. non erit, §. dato, l. si duo patroni,
 §. item si iurauero, de iureiurand. §. a que si
 debitor, de except. Si etiam pañum iura-
 tum fuerit, non admittitur agens contra
 illud, saltem sine dispensatione, c. licet mu-
 lieres, de iureiuran. c. quamvis pañum, de
 pañ. in Sex.*
- z *Quia pro veritate habetur res iudicata,
 l. ingenium, de statu hominum, l. res iudi-
 cata, de regul. iur. P. si modo ab eo, qui po-
 testatem iudicandi habet lata fuerit, l. 4. §.
 condemnatum, de re iudic. l. non putant,
 §. non quavis, de bonor. possess. contra tabu-
 las, aliter non teneret iudicatum, c. at si cle-
 rici, de iudic.*
- aa *l. non dubium, C. de legib. l. iurigenium,
 §. prator ait, de pañ.*
- bb *Titulis quod metus causa, in P. C. & iure
 pontificio.*
- cc *l. si pañum, 6. C. de except.*
- dd *in decis. capella Tholosana, 68. ubi, quinta
 regula.*

CAPVT II.

Quando proponenda & iudicanda
 exceptiones.

EXCEPTIONES quidem, post actiones &
 intentiones propositas obiciuntur; ve-
 runtamen prius de exceptione cognoscen-
 dum, qua de actione pronuntietur, a pro-
 inde ignorandum non est, quando pro-
 ponenda sint. Et quidem declinatoria
 fori dilatoria exceptiones, ab initio & in
 ingressu

ingressu litis proponi debent; alioquin omissa non repetuntur; ut neque, quæ contra iudicem vel eius incompetentiã proponuntur, quæ præcedere debent defensionẽ. *b* Nisi forsã postea causa exceptionis de nouo ad potitiam peruenerit; c vel de nouo cõperit excipienti competere. *d* Peremptoriæ autem possunt obiici in quacunq; parte litis ante sententiam. *e* Potest & excommunicationis exceptio obiici post litem contestatam, *f* sed & post sententiam potest aliquando excipi de nullitate, vel manifesta eius iniquitate. *g* Omittemus alia exceptionum & replicationum capita, quæ ex singulis negotiis in iudicium deductis oriri possunt.

S C H O L I A.

- a* *Vi in c. literas tuas*, 13. §. *secunda vero assertio, de restitutio. spoliat. cap. 1. 2. 3. de ordine cognitio. capit. exhibita*, 18. de *C* iudic.
- b* *c. inter monasterium, de re iudic. l. penult. & l. fin. de exceptio. C. l. 19. C. de probatio. causa suspitionis iudicis tanquam dilatoria ante litis ingressum opponi debent, alioquin coram eo subeundo iudicium illis videtur renuntiatum, ut dicitur in d. c. inter monasterium, & in ca. pastoralis, de exceptione, can. si quis episcoporum, §. exceptio. 3. q. 6. l. apertissimi, & l. cum specialis, de iudiciis. P. ita qui ab initio eas non proponit & comparet, defendit, & approbat personam iudicis, & ideo postea ipsum reuocare aut reprobare non potest, can. si testis, §. item si quis restibus, 4. q. 3. can. cum in agendo, 3. q. 8. l. sed et si suscepit, de iudic. P. vide plenissimam glossam de his, ad d. c. inter monasterium, ad verba subeundo iudicium, de sent. & re iud.*
- c* *vi in c. nostra, de procura. c. pastoralis, 4. de E* except.
- d* *c. insinuante, de offic. delega. l. non distinguemus, §. cum quidam, de recep. arbit. P.*
- e* *l. peremptorias, Cod. senten. rescin. non poss. leg. prescriptionem, 8. de exceptioni. lib. 8.*

A *C. tit. 37. capit. per tuas, qui matrimon. accusar poss.*

f *c. exceptionem, 12. de exceptio. clem. vnic. eod. tit.*

g *Imo & contra tres sententias conformes, Boerius in consuetud. Biturigum titulo de iurisdiction. omnium iudicum, §. 27. ubi multa, & apud Alexan. consil. 33. in fin. incipiente, viso themate, 1. volum. qui etiam ait, exceptionem nullitatis impedire executionem sententia.*

DE ACCVSATIONIBUS, a inquisitionibus, & denuntiationibus.

TIT. IX.

a *Hic titulus exstat lib. 5. decretalium, titulo 1. & lib. 1. Sexti tit. 1. lib. 48. P. tit. 2. de accusationib. & inscriptionibus & lib. 9. C. tit. 2. de accusationib. & tit. 1. qui accusare non possunt. Eo referri possunt tit. ut nemo inuitus agere vel accusare cogatur lib. 3. C. tit. 7. & ubi de criminibus agi oporteat. tit. 15. Cod. eod. lib. 3. & lib. 7. tit. 20. de collusione detegenda. & tit. 21. ne de statu defunctorum post quinquennium quaratur. tit. 22. l. brix. decretalium, de collusione detegenda. Rursum lib. 10. C. tit. 11. de delatoribus, & titulus 13. de his, qui se deferunt. item titulus, de calumniatoribus, lib. 5. decretalium, tit. 2. & lib. 3. P. tit. 6. & lib. 47. P. tit. 15. de prauaricatoribus. & lib. 9. C. tit. 42. de abolitionibus, & tit. 45. ad senatusconsultum Turpillianum, & tit. sequen. de calumniatorib.*

CAPVT I.

- 1 Continuatio.
- 2 Quid accusatio.
- 3 Dimissio eius.
- 4 Inquisitio.
- 5 Denuntiatio.
- 7 Exceptio.

*D*iximus antea a in libelli oblatione civilem & criminalem causam considerari; actum autem est de civili, agendum est nunc de criminali, in quo exceptiones quoq; ut defensiones, si legitimæ sunt, admittuntur. *b* Nolui autem consulto hunc titulum seorsum ab ordine iudiciario tra-